

IOHANNIS VAN HORNE,
Anat. & Chir. Professoris,
EPISTOLICA DISSERTATIO

Ad celeberrimum Virum,

D. GVERNERVM ROLFINCIVM,
Anatomicum veteranum exercitatis-
simum,

*suarum circa partes generationis in
utroq; sexu observationum synopsis
exhibens.*

Constitueram equidem, ROLFINCI
clarissime, nihil me scripto editurum de
iis, quæ abhinc longo tempore observaveram
circa structuram partium generationi inservi-
entium in utroque sexu, priusquam omnes illas
observationes denuo licuisset ad incudem re-
vocare in diversis subjectis; quorum inopia
quia laborabam, supersedere fatius putavi, ut
tandem absolutior in lucem prodiret historia.
Sed quia, ut proverbio fertur, præstat præveni-
re quam præveniri, jamque recens hoc ipso die
e typographia exiisset Epist. D. Doct. de Graeff,
in qua mentio fit similium observationum, ne-
scio an meis omni ex parte conformium, ne
mihi ipsi defuisse videar, necessitatem video mi-
hi impositam, ut in antecessum $\gamma\sigma\tilde{\upsilon}\mu\alpha$ aliquod
dem meorum conatum, donec liceat pleno ca-
do admetiri, quæ curioso lectori satisfacere pos-
sint. Non me latet, posse uno eodemque tem-
po-

po-